Tenuta Generosi Joannis Thomae Drozdowskij a Drozdow Capitanei Praemisliensis
assecuratt Actisque praesentibus inscriptis totaliter et in effectu recepit et manu
levavit ratione cuius perceptionis eundem Hryzko Janiewskij de eadem summa aliisque
omnibus gulis summis pecuniariis eidem debitis et Actis quibusvis inscriptis quietat liberumque
ac immunem fore cum ipsius successoribus perpetuis temporibus dimittit Inscriptionesque omnes
cum omnibus earundem Conditionibus in toto cassat annihilat obliterat perpetue sibi et
successoribus suis ratione praemissorum perpetuum imponens silentium hac sua praesenti reco
gnitione mediante Quod mentis firmatum est.

244

Vruski cedit Podhorodeczlim

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus
Praemisliensibus Nobilis Jaczko Vruski Ordinis suo et Nobilis Petri
Thatumier pro cuius ratihabitione cavet seque cum successoribus suis et super bonis suis
omnibus terris inscribit nominibus a terris Districtibus iuribusque suis quibusvis
propriis ac foro competentibus recedens huic vero praesenti iurisdictioni se cum successo
ribus bonisque omnibus quo ad actum et effectum praesentis Inscriptionis attinet
incorporans et subiiciens sanctissimum et corpore exercitus pacem palam ac per ex
pressum recognovit Quia de omni ac integro processu seu progressu iuris per eundem
Vruski ac Petrum Thatumier cum Nobilibus Jwasko Gzykowicz Halyn
Roman Zogowicz Hryzko Malczanowicz Marco Stanczowicz Paulo Omi
sieniowicz Jwasko Hryzkowicz nec non Jurko Malczon Podhorodeczkie
Jus quaesitum a Nobili Andrea Malczon Podhorodeczkij habens Coram Judicio seu
Officio quovis et in Actis quibusvis inscriptis Coram Officio Castrensi Praemisliensi occasione
violente expulsionis ipsorum de bonis ville Podhorodecze ipsos tam iure divino
quam naturali post quascumque personas sexus utriusque spectantes et concernentes
ac super eosdem devolutum dicti Generosi Nicolao Charlo de Szelczowicze Ve
xilifero terrae Praemisliensis intentatum ac motum et in quocumque punctu et gradu
iuris dependentem nihil prorsus ac praefatum Petrum Thatumier successoribusque reservans
Jam ex nunc eisdem Nobilibus Jwasko Gzykowicz Halyn Roman Zogowicz Hryz
ko Malczanowicz Marco Stanczowicz Paulo Omisieniowicz Jwasko Hryzkowicz nec
non Jurko Malczon Podhorodeczkijn successoribusque eorum cedit et condescendit omnemque ac
integrum processum seu progressum iuris in quocumque punctu et gradu iuris

existentem super eosdem Podhorodeczkie et eorum successores cum omni eiusdem
Juris domini beneficio et nexu transfundit incorporant ac inviscerant perpetue
Inscribitque et nihilominus praedictus Vruski cum successoribus suis in et super
bonis suis omnibus Nobilem Petrum Thatumier ad Acta praesentia Castrensia
Praemisliensia ad similem Inscriptionem faciendam adducere et statuere Sub
Damnis Terribus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento
taxandam Praeterea se cum successoribus suis inscribit et obligat In
scriptionem praesentem ex his Actis ad Acta Terrae Praemisliensis ante decursum
unius Anni transferre et transportare Sub similibus Damnis Terri
bus ad simplicem verbi assertionem sine corporali iuramento taxandam
Pro quibus quidem Damnis Terribus ex quacumque re et causa sucubitis et succum
bendis quoniam se praenominatus Jaczko Vruski cum successoribus suis citare per
miserit totius recedens ab omni proprio foro et competentibus Coram praesenti
Castrensi Praemisliensi Officio semper in primo Citationis termino tanquam peremp
toris stare parere rudere Inscriptionique eidem totius quoniam opus fuerit satisfa
cere tubae Eundem terminum primum peremptorium et alios subsequentes ter
minos nullis modis vis colloribus Motionibus appellationibus earumque per
adductionibus prosequutionibus Evasionibus paenis ter trium Marcarum Dillo
nibus ad quietationem Constitutionum laudatis et laudandis legalibusque quibus
vis impedimentis evadendis subterfugiendisque modo se cum successoribus suis omnibus
iuris remediis abrenuntiandum Quod mentis firmatum est.

244

Podhorodecczi tenuit Tha: thumier et Vruski

Comparentes personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capi
tanealibus Praemisliensibus Nobiles Jwasko Gzykowicz Halyn Roman Zo
gowicz Hryzko Malczanowicz Marcus Stanczowicz Paulus Omisieniowicz
Jwasko Hryzkowicz et Jurko Malczon Podhorodeczkij a pallatina